

1254. 4. 22. Apr.

Ex March Cap Bloensy 707.

Privilegium Semovithi ducis Mazovie
super donatione villa Slup facta ecclesie
Bloensi per Swoslaum militem ~

241

Nos Semovithus Dei gratia dux Mazovie et
de Czersk, notum facimus universis presentibus
et futuris, quod Swoslaus miles, comitis Clemen-
tis quondam filius, in presentia nostra consti-
tutus, donavit villam suam que vocatur Slup
Deo et ecclesie beatae Mariae ecclesie Bloensi,
iure hereditario in perpetuum possidendam, cum
omni integritate utilitatum, sive iuris, que dicta vil-
la competunt, vel competere possunt, hanc elemo-
synam faciens, tam pro sua anima, quam patris,
et aliorum predecessorum remedio, et ut dicta ec-
clesia perpetuam memoriam in orationibus suis
habeat eorundem. Cuius salubri donationi benigno
concurrentes assensu, eandem duximus liberaliter
approbandam et devote confirmandam, et in huius
rei testimonium indeficiens, hanc paginam,
tam testium honorabilium subscriptione, quam
nostri sigilli appensione facimus roborari. Actum
in Bloek anno Domini 1254. undecimo kalen-
das maij. Presentibus his, quorum haec sunt
nomina: Paulus palatinus Mazovie, Withgo
iudea, Thomas thesaurarius, Damianus succar-
merarius, Martinus Bapka, Strachotha, Goslaus
filius Wythge, Idislaus frater Damiani, Colo
prouurator ducis, milites, magister Gerhardus,
Petrus, Robertus, Thomas, Ioannus canonici Blo-
enses, Withalis et Iacobus capellani ducis, Ni-
colaus prouurator domini episcopi, cum mul-
tis aliis ~

